

Erasmus Roterodamus Andreae Cnophae

Vēstule Andreasam Knopkenam

1520. gada 31. decembrī

Erasmus Roterodamus Andreae Cnophae

Sacerdoti

An. 1520.

Ep. 1177

Erasmus Roterodamus Andreae Cnophae
Sacerdoti Optimo S. D.

Ex tribus epistolis, quas ais te mihi scripsise, duas
duntaxat accepi.
Primum nemo dabatur, per quem responderem.

Tandem Coloniae offerebat se nescio quis, is cum
semel atque iterum me frustra convenisset, non
reversus est, desperans opinor, nec tamen id accidit
mea culpa, sed nec ocii dabatur tantum, nec
solitudinis.

Atque ut ingenue dicam, quoniam nihil videbam in
tuis literis, quod magnopere flagitaret responsum,
non eram rescripturus, nisi tu tot obtestationibus,
tot obsecrationibus mecum ageres.

Mentem istam tam piam, tamque avidum Christianae
doctrinae studium, vehementer exoscular. Nam
utrunque testatur epistola tua.

Quae quidem res hoc plus laudis meretur in te,
quod haec facis inter eos, qui, ut scribis, magis
agunt negocium ventris quam mentis, ad haec vicinus
Rutenis, quos intonsos, et impexos appellas, ob
morum, opinor, cultusque barbariem,

ut enim recte dictum est, eum egregie probum esse
oportet, qui Athenis probus esset,

Erasms Roterdamietis: Vēstule

Andreasam Knopkenam

1520. g.

No latīnu valodas tulkojis Dainis Zeps

Erasms Roterdamietis Andreasam
Knopkenam *Sacerdoti Optimo* sveicienus
sūtot

No trim vēstulēm, kuras tu saki esam man
rakstījis, līdz šim divas saņēmis esmu.
Vispirms jau neviens negadījās, caur ko lai
es atbildētu.
Visbeidzot Ķelnē, ej nu zin, kāds piedāvājās,
kurš, velti sazinājies ar mani vienreiz un vēl,
vairs neparādījās, domājams, zaudējis
cerību, nedz tomēr tas notika manas vainas
pēc, bet tomēr nedz mitējos, nedz zaudēju
cerību.

Pie tam vēl, godīgi runājot, tādēļ ka
neredzēju tavā vēstulē, kas tik loti prasītu
pēc atbildēšanas, es arī nerakstīju, ja vien tu
tik neatlaidīgi un nepiekāpīgi no manis to
nebūtu lūdzies.

Tik dievbijīgu prātu un dedzīgu kristīgās
mācības garu dedzīgi no visas sirds
samīloju. Jo gan vienu, gan otru tava vēstule
apliecina.

Taču pie tevis šis fakts par tik vairāk slavas
pelnījusi, ka to dari starp tādiem, kā tu
raksti, kas vairāk darbojas vēdera nekā prāta
dēļ, kas tā līdzinās ruteniešiem, kurus tu
neskūtus un sapinkājušos raksturo, kā šķiet
man, dēļ viņu barbariskā dzīves veida,
Kā ir patiesi teikts, tam jābūt izcili godīgam,
kas izrādītos godīgs priekš atēniešiem,

ita qui vicinus haereticis, non deflectit a fide Catholica,
qui permixtus barbaris, gulae ventrisque
mancipiis, totus vivit honestis studiis, nec ullo
malorum contagio corrumpitur, is insigniter bonus sit
oportet.

Porro si ex me quaeras consilium, nihil audies, nisi
ut quod facis strenue pergas.

Nam ipsissimam viam mihi videris ingressus, qua
perveniatur ad veram felicitatem, neque enim du-
bito, quin huc quoque pro virili contendas, ut quos
possis ad tuos mores ad ducas.

Atque adeo demiror, cum multi sint ubique pasto-
res, neminem exoriri, qui clementissimi pastoris ex-
emplum imitetur, quem non piguit ob unam ovem
erraticam, tantum malorum perpeti.

Decimas qui petant, video permultos, qui sitiant
animatorum salutem prope nullos.

Hic monachorum plena sunt omnia, ubi nihil est
discriminis, et messis ampla.

Quin Rutenos magis adeunt, eosque sua doctrina,
sua que sanctimonia, revocant ad caulas ecclesiae?

Hic fulciunt ecclesiam, cui magis oneri sunt, quam
usui.

At ubi res poscit ingenue germaneque Christianum,
qui pro lucro Christi, subeat capitum periculum, ibi
nusquam apparent, ita dum suis quisque commodis
studemus, negligitur populus Christi.

Ac proh dolor, nostri mores partim in causa sunt,
quo minus multi se conferant ad factionem nostram.

Legunt Evangelicam et Apostolicam doctrinam, et
vident ab hac vitam nostram longe lateque discrepare,
non iam loquor de vulgo, quod tale fere est, quales
sunt ii, qui praesunt, sed de proceribus ecclesiae, de
sacerdotibus ac monachis.

Bona pars servimus quaestui, aut ventri, aut glo-
riae, aut tyrannidi.

Fidei nomen praetextus tantum est

Tāds, kurš iejaukts starp barbariem kas
rīkles un vēdera verdzībā, līdzās herētiķiem
nenosliecas no katoliskās ticības, bet viss
dzīvo godīgiem pūliniem, nedz no kāda
ļauno saindējuma sabojajas, tam izcili
krietnam pienāktos būt.

Tad nu padomu no manis ja gribi, neko
nedzirdēsi kā vien to, ko tu dari, springtim
lai turpini.

Jo to vislabāko ceļu man šķietam esi iesācis,
pa kuru nonākt pie īstas veiksmes, nedz
jāšaubās, ka tu, cik iespēj, cīnīsies, lai, cik
kurus tu spēsi, līdz tava pamācībai tu
aizvestu.

Un patiesi jāpabrīnās, kad tik daudzi visur
ganu esot, nevienam nerodoties, kas
visžēlīgākā gana paraugu atdarinātu, kurš
nešaubījās vienas noklīdušas avītes dēļ tik
daudz ļaunā izciest.

Redzu jo daudzus, kas lūdz desmito tiesu,
bet, kas alkst pēc dvēseļu glābšanas, tik tuvu
nevienam.

Lūk, kur mūku pa pilnam, kur nekas
nedraud, un galdi pilni.

Tad jau labāk būtu gājuši pie ruteniešiem,
un tos ar savu mācību un svētumiem
atsauktu pie baznīcas steliņga.

Vai tā viņi balsta baznīcu, kurai vairāk ir par
nastu kā noderīgums?

Un kad nu lieta prasītu pēc patiesa un īsta
kristieša, kas Kristus dēļ ietu nāves
briesmās, nekur to neatradīsi, jo kamēr sevis
labumam nopūlēsimies, Kristus draudze ir
pamesta nevērībā.

Un, ak vai, mūsu pašu paradumi visbiežāk ir
iemesls tam, ka aizvien mazāk mūsu
nometnei pieslienās.

Laudis lasa evaņģelisko un apustulisko vēsti
un redz mūsu dzīves tālu un plati no tā
atšķiramies, nerunājot par vienkāršo tautu,
kas ir gandrīz tāda pati kā tie, kas tai
priekšā, bet jau kā baznīcas vadītāji, kā
priesteri un arī mūki.

Krietna daļa kalpojam peļņai, vai vēderam,
vai slavai, vai varai.

Ticības pieminēšana tikai attaisnojums.

Hoc illos alienat, quos oportebat, mansuetudine, tolerantia, et officiis allicere, sed tamen bona quae-dam spes habet animum meum, posteaquam vi-deo et isthic esse, qui sic flagerent amore doctrinae Evangelicae.

Paraphrases absolvimus omnes in epistolas, praeter eam, quae fertur ad Hebraeos.

Addidimus Paraphrasim in epistolas Petri duas, Iudei unam, et Iacobi unam. Brevi daturi quod superest, epistolarum Apostolicarum: sic enim visum est amicis eruditis.

Non displicuit carmen tuum, quo mihi bene precaris:
atque ego tibi vicissim absque carmine, sed
syncerissimo pectore precor immortalitatem.

Bene vale vir optime, meque tuis precibus Christo
commenda.

Lovanii prid. Calend. Ian. ANNO M. D. XX. Louvain,
31 December 1520

1. Desiderius Erasmus. Epistolae ad diversos. Basileae
apud Io. Frobenium An., 1521. 556.

Tas atsvešina tos, kurus vajadzēja pievilināt ar toleranci, lēnprātību un pienākumiem, bet tomēr kāda laba cerība manā sirdī pēc tam, kad redzu arī tavā pusē esam tādus, kas tā deg evaņģeliskās mācības mīlestībā.

Esam izdevuši visu vēstuļu aprakstus, izņemto kas uz vēstuli ebrejiem attiecas.

Esam pievienojuši aprakstus divās Pētera vēstulēs, vienu jūdiem, vienu Jēkabam.

Drīzumā nodarbosiemies ar to, kas atlicis no apustuliskajām vēstulēm: jo tā šķitis maniem izglītotajiem draugiem.

Ļoti patīkams bija tavs motīvs, kā par mani lūdzi, un arī es tev atpakaļ ne kā dziesmā bet visdedzīgākā sirds lūgšanā lūdzu par tavu nemirstību.

Lai labi tev klājas, krietno vīr, mani arī ar savām lūgšanām Kristum novēli.

Luvjenā, 31. decembris 1520.

Avotī

Desiderius Erasmus, Dažādiem adresātiem vēstules. Basileae apud Io. Frobenium An., 1521. 556.